

ānt. Hoc vero tibimet ipsi & furori
tuo tribue.

Pag. 17. 18. 19. 20. &c. Aggreditur mo-
dum illum Alcalisata volatilia facien-
di, conjunctione cum oleis. Discur-
sus ejus cuius valoris sit, judicabunt il-
li (prout quoque faciunt) qui harum
rerum gnari sunt, me vel tacente.
Quid verbis opus est, si adesset mihi Bar-
nerus noster, possem ipsi ostendere Al-
calisatum dicta ratione volatile reddi-
tum; & fateretur spero ultrò, Acidas
oleorum particulas, cum Alcalisato eti-
am Sale revera conjungi. Quod i-
psum ut capiat, vel credat, non possum
nec volo etiam cogerè Barnerum.

Attuleram vero Experim: meor: p.
136 Verba illa Helmontii; *Quando ole-*
nm cinnamomi conjungitur cum suo sale
Alcali &c. in salem volatilem commuta-
tum est. Verissimi hujus Helmontia-
ni Experimenti, hanc esse rationem
dixi, quod oleorum acidum particulas
quasdam Alcalisati salis, à compedi-
bus terrestribus liberet &c. Oppo-
nit his Verba Barneius, dicendo; Hel-
mon-

D

mon-